



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 31. Lotharingius contra Cardinales Episcopos declamans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. cum interdum duo Episcopi, ac duo
A.C. 1563. Patriarchæ ejusdem civitatis consti-
 tuantur, uti sunt Patriarchæ Constan-
 tinopolis, aliarumque Urbium in Græ-
 cia, quamvis enim eorum alter esset
 schismaticus, confirmationis tamen, Or-
 dinumque collationem ab illo exercitam
 ratam haberi inquiebat, adeo, ut tunc,
 cum græciam reconciliatum iri spes sit,
 contingere posset, quatenus duo ejus-
 dem Ecclesiæ Sponsi Concilio interlint.
 His addidit: „Episcopi titulares, per-
 „inde ac alii, jurejurando se obstrin-
 „gunt in sua consecratione, ut populo
 „sibi commisso Verbum Dei annun-
 „tiant, sed in hoc Spiritui sancto men-
 „tiuntur, quippe se id nunquam præsti-
 „turos probe agnoscunt: proin censeo,
 „aut illos sacris Ordinibus initiandos
 „non esse, aut mittendos ad suas Dice-
 „ceses, quamvis infidelibus Principi-
 „bus subjectas, cum Episcoporum sit,
 „paratum animum gerere ad Marty-
 „rium pro suo grege tolerandum, quem-
 „admodum egerant Episcopi Redempto-
 „ris ætati propinquiores; idcirco hu-
 „jusmodi Episcoporum umbras ab Eccle-
 „lesia esse removendas arbitror.”

§. XXXI.

*Lotharingius contra Cardinales Epi-
 scopos declamans.*

Postea

Postea ceterorum Patrum nonnulli
 suas proferebant sententias, qui-
 bus perceptis Lotharingius Cardinalis
 suum sermonem his verbis prosecutus
 est: „Videtur absurdissimum esse, Car-
 „dinalibus Diaconis Episcopatum com-
 „mitti, abominandum siquidem est,
 „ut is Episcopatum obtineat, qui Epi-
 „scopus esse non vult, nec minus disso-
 „num est, tametsi magis tolerandum,
 „Ecclesias commendationis titulo tradi
 „Cardinalibus Presbyteris, qui tamen
 „illic residere debent: ceterum præsto-
 „sum ad Archiepiscopatum Rhemen-
 „sem dimittendum, ita tamen, ut tunc,
 „si Cardinali fas non sit Episcopatum
 „retinere, libentius purpureum pileum
 „deponerem, ut Ecclesiæ meæ deser-
 „virem.,, Postea idem hinc arrepto ar-
 „gumento de Cardinalibus differens, cen-
 „suit, non ante vigesimum septimum æ-
 „tatis annum eos esse creandos, aut
 „saltem nonnisi ætate Diacono præ-
 „scripta: insuper oportere ajebat Epi-
 „scopos consecrari, & eos potissi-
 „mum, qui intersunt Synodo, cum hæ-
 „reticis gravi esset offensionem, quod in
 „caussis Religionis ii judicent, qui pote-
 „statem imponendi manus non habent,
 „& pene sunt laici; eapropter Decretum
 „edendum esse voluit, ut ii aut quanto-

Sæcul XVI.
 A. C. 1563.

Pallar. n. II.
Sarp. p. 681.
Psal. p. 387.

Q 3

civ

Sæcul. XVI
A C 1563.

cuis consecrentur, aut Episcopatu priventur, aut certe jure suffragii in Synodo careant. Postea de dispensationibus agens, inquebat: „in Ecclesia „per quingentos annos ignotæ fuerunt „legum veniæ, ac postea tamen nequi- „ter usurpatæ: hinc consultius fore existi- „timo, si per quinque, aut duos an- „nos ab illis abstinenceatur:„ Hanc in rem protulit Lotharingus congrega- tionem a Paulo III. contra hæc dispensationes erectam, cujus acta dein per typos vulgata fuere. Denique sermonem suum absolvit, dicens quatuor Ordinum minorum functiones constitutas initio fuisse optimo consilio, adeoque eas esse repetendas. Præterea de pluribus corruptelis cum tanta verborum contentione differebat, ut hujus conventus, licet longius protraheretur, tempus ferme solus infumeret.

§. XXXII.

Granatensis Archiepiscopi oratio circa idem argumentum.

Pallav. c. 16.
num. 12.

Absoluta Lotharingii Cardinalis declamatione Granatensis Archiepiscopus ferme in eandem sententiam perorabat, atque ex verbis, quæ Lotharingius de Cardinalibus proferebat, occasionem aucupatus, etiam ipse hæc edicere non dubitabat: „Dum agebat-